



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xxii [i.e. iii]. Materiale ei[us] sunt singularia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

& conceptus, non sunt hujus definitionis definitum. Tertiò neq; solam naturam, neq; solam universalitatem esse in hac definitione definitum, sed concretum ex natura & universalitate, id est, cognitione confundente & repræsentante multa per modum unius, ita tamen, ut natura sit definitum ut quod seu materiale, universalitas definitum formale seu ut quo, cum ista cognitio confusa sit ratio formalis, cur natura possit de pluribus dici.

III. Significatum materiale universalis seu objectum actus, quo fit universale, non est quid unum, unitate tenente se ex parte objecti, sive non est natura una præcisa objectivè à singularitatibus, quæ immediatè cognoscatur non cognitio ullo modo singularibus; sed sunt ipsa singularia; hæc enim sunt id, quod in se est multiplex, & illis supervenit unitas intentionalis, seu constituuntur unum extrinsecè, dum confusè cognoscuntur secundùm id, in quo conveniunt (qualiter dum cognoscuntur, cognoscuntur similia, non ut similia, aliàs cognoscerentur plura ut plura, sed quæ similia, potestque intel-

intellectus vi hujus actus rationem reddere de prædicato, in quo plura conveniunt, non verò de convenientiâ ; quia similitudo non cognoscitur formaliter) item illa sola sunt id, quod significatum in recto identificatur cum singularibus, & de iis potest prædicari, & prædicatione adæquatâ prædicando adæquatum materiale universalis, seu omnia singularia de omnibus singularibus, & prædicatione inadæquatâ prædicando singula de singulis, ita ut in hac prædicatione ; *Petrus est homo* ; prædicetur quidem de Petro tota natura, vel totum, quod significatur per *homo* quasi intensivè, seu totus conceptus hominis, non verò totum id, quod *homo* dicit extensivè, id est, tota collectio hominum. Cognoscuntur itaque per actum universalificantem omnes homines, etiam quos nunquam vidi, imò & possibles (quos ipsos reverà cognoscunt adversarii, dum dicunt : omnes homines, omnia possible &c.) sufficit enim species impressa & abstracta ab uno alterovè objecto (respectu cuius tantùm erit propria) ad repræsentanda omnia individua isti objecto in ea ratione similia, quæ & propterea erunt objectum tantùm

termi-

terminativum istius actus, & illud, à quo de-
sumpta est species, simul erit motivum. Un-
de tamen non sequitur, me nosse omnes ho-
mines, aliud si quidem est, me cognoscere vel
videre hominem, vel Petrum, aliud me no-
visse Petrum, vel me scire illud, quod video,
esse hominem, ad quod requiruntur clario-
res & distinctæ magis species.

IV. Natura vel individuum physicè im-
multiplicabile, id est, cujus similia plura sunt
impossibilia, nequit esse materiale universa-
lis, aut denominari universale; quia nequirer
inesse & prædicari de multis univocè, etsi
fingeres aliam naturam similem, cum reale
nihil sit commune univocè enti possibili &
impossibili: adhæc talis natura nequirer
conceptu essentiali concipi, nisi clarè cognos-
ceretur esse singularis, utpote de cujus essen-
tia esset singularitas. Neque ex eo erit uni-
versalis, quod posset concipi talis natura non
clarè conceptâ ejus singularitate vel ejus re-
pugnantia multiplicationis; requiritur enim
insuper, ut neque à parte rei habeat talem re-
pugnantiam, sed ut à parte rei sit multiplex,
unde talis natura nequidem dici potest spe-
cies subijcibilis, quia & hæc debet esse intrin-
secè